



EPIGRAMMA DOCTISSI-  
mi viri, Domini Magistri Hie-  
ronymi Osi.

PRædium humanæ sunt artes vtile vitæ,  
Hoc rerum dubius languor asylon habet,  
Quo sine tempestatum exercita mole laborat,  
Et vexata gemit publica clade, salus.  
Atque togata quies violata tyrannidis ausu,  
Exurum patriæ luget honore decus.  
Barbaries magnum imperio tunc occupat orbem,  
Et regnum populat viribus omne feris.  
Tunc calcata iacet Pietas cum iure sub armis,  
Iustitiæque decor debile tobur habet. (uo.  
Tunc furor arma mouet, dominatu fulta ptes,  
Visque aliena mali sceptrâ timore gerit.  
Et feritas animos patiente Cyclopica fato,  
Cædis in aduersum raptat amore scelus.  
Mentibus insidunt cum caca ohliuio legum,  
Atque redit studiis gratia nulla piis.  
Pieria cœtus cum deditus exulat arti,  
Ingenii præcium vileque cultor habet.  
Ceu neruos rerum Deus edidit vñibus artes,  
Ordo quibus lato duret in orbe statu.  
Corporaq; innumeris cū sint obnoxia morbis,  
Quæ labor admilla labe caduca facit.  
Ne subitis morti succumbat vita periculis,  
Pharmaca munificus prodidit arte Deus.

Quarta

## EPIGRAMMA.

Quam fauor humanæ diuinus amore salutis  
Edocet, ingenio qui valuere viros.  
Morborum vt trepidos valeant sanare dolores,  
Artifici causas & remouere manu. (chr̃a  
Rarzfchius hac experts vir nomen ab arte sepul-  
Et dignum meruit nobilitate decus.  
Laurea Doctoris cui tempora lata coronat,  
Quam nascens titulo plurimus ambit honos.  
Edidit hic vita regimen de sospitis vsu,  
Et bene viuendi de ratione librum,  
Qui, quo cuique salus maiori propria cura est,  
Auspicio debet carior esse suo.  
Concinnò siquidem præcepta volumine vitæ  
Tradat alenda quibus sana diata fuit.  
Ergo qui doctos hoc donat munere cætus,  
Gratia erat tali digna labore viro.  
Cui quo plura queat cura illius edere, votis,  
Aspirante Deo, fata secunda precor.

